

canæ Religionis non essent alumni, ut obser- vat noster Suarez Tom. 4. de Religione, tra- ctatu 9. lib. 2. c. 6. num. 12.

1748 In his ergo Academicis Religiosis, hoc est, in Jabelis Tabernaculo, seu Gymnasio, Jabin, id est, carnalis sapientia contra Deum per Sisaram rebellans, atque à recta totius doctrinæ regula devians, primò exceptus lacte potatur, deinde clavo strenuè confoditur. Quæ egregia sunt divinæ Sapientiæ symbola, sapientiam carnis rebellem debellant. Nam primò lactis poculum primam significare sacræ sapientiæ institutionem, optimè docuit S. Thomas in Prologo suæ

1. Cor. 3. 1.

Theologiæ ex illis verbis Pauli 1. Corint. 3. 1. *Tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi.* Quia tamen his veluti Theologiæ rudimentis, haud omnino aberrans Sisara, carnalis sapientiæ Dux, divino verbo subditur, haud omnino Debora Baraci comiti cedit; ideò postquam lactis poculo propinato, ejusdem Sisaræ caput, mensque consopita jacuere, adhibendus malleus, clavusque per tempora fortiter adigendus. Quos ego *clavum, malleumque* efficacissimam illam scholasticam Theologiam interpretor, qua repetitis entimematum, & syllogismorum crebris ictibus rebelle infidelium caput validè obtunditur, donec Rationi tempora patefcat, divinæque Sapientiæ vis in intimos animi sensus penetrando pervadat: interim Sisara Jabinicæ militiæ, id est, sapientiæ carnis imperator Jabeli, id est, sacræ Theologiæ prostratus occumbat; totaque sapientiæ carnalis vis, divinæ sapientiæ subiciatur. Hinc mihi germanam, ut reor, expositionem confirmare videor ab illis Salomonis verbis Eccles.

Eccles. 12. 11.

12. 11. *Verba sapientium sicut stimuli, & quasi in alium defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à Pastore uno.* Ad quæ vide nostros Pinedam, Turrianum lib. 1. de Dogmaticis Charact. Lorinum, Del Rio Tom. 2. Adagio. in 337. & Villalpandum Tom. 2. in Ezechielem. Poteris haud malè, *phialam lactis* ad Concionatoris munus referre, ad orationis facundiam, lenitatem, suavitatem: *malleum* verò & *clavum* ad Magistrorum doctrinam è cathedra docentium, validissimis in medium productis argumentis, quod majoris curæ & laboris opus est: *malleum* enim fabricum, id est, *laborantium*, instrumentum est, ut Arias ibi observat.

1749 Hæc tam accurata nominum analogia, hæc tam exquisita vocum paranomasia, hæc tam exacta rerum allusio manifestam præ se fert prophetice allegoriam: adeò ut qui illam dixerit esse literalem, utpote mixtam ex rebus & verbis, haud longè mihi aberraturus videndus sit; cum existimem, Deboram tanto spiritu afflatam canticum illud haud quidem eo sine cecinisse, ut Barachum caneret Sisaræ triumphatorem; sed ut Evangelicas res illis figuris adumbratas prophetice innueret. Quod in similibus Mariæ, Annæ, Abacuc cantibus observo. Igitur Prophetis Debora in se *divinum verbum* Religiosum signatissimè Dominicanorum Exercitium instruens; in Baracho militiæ Duce *sanctum Dominicum*; in Nephthalitis & Zabulonitis Doctoribus, isdemque militibus Evangelicum *Dominicanorum Magistrorum exercitum*, in illorum calamis pro districtis gladiis litera-

ria arma; in Barachi de Jabino, Sisaraque victoria, Dominici, Dominicanæque Familiæ triumphos; in Jabelis trophæo Religiosæ Prædicatorii Ordinis Scholas, alto mentis vaticinio celebrabat.

1750 Sicut autem non minoris gloriæ hæc Dominicanæ Familiæ victoria extitit, quam Barachi, ita certè non minorem exigebat virtutem, non minus sublimem atque excelsum sancti Dominici animum, tantum facinus requirebat. Neque enim minus graves hic obiectæ pugnæ, neque minus duri hostes, neque minor potentia sapientiæ carnis rebellantis, quam Jabin, & Sisaræ. Certè quidem sapientiæ certamen forte appellat Sapiens Sap. 10. & Proverbiorum 8. ad ar- Sap. 10. cem, & ad mentia Civitatis discipulos evoc- Prov. 8. cat Sapientia. Et Apocalyps. 19. *Verbum Dei* equo vectum gladio bicipiti armatum in- Apoc. 19. gens sequitur pugnantium exercitus. Et in capite 4. Cantic. vers. 4. Ecclesiæ collum, Cant. 4. 4. cui caput inest, *Turri Davidicæ* confertur, *quæ edificata est cum propugnaculis.* Hebraicè, *ad docendum*, seu *ad disciplinas.* Et Ecclesiasticus capite 51. 25. asserit, se *collectatum* in sapientia. Minervia ergo hæc militia ingentium animorum viros exposcit, excelssæ quidem mentis, sanctitudinis, & omnigenæ doctrinæ, qualis Dominicus, quales ex ejus Prædicatoria Familia innumeris filii, qui tantum Sapientiæ Evangelicæ prælium suscipere, & feliciter conficere potuerunt, re- vectis de sapientia carnis decantatissimis triumphis. Igitur

1751 Ecce tibi *Deboram sub Palma*, arbo- re victorali; *Barachum de Cades*; *Deboram*, Jud. 4. 5. quæ *perrexit cum Barac in Cades*; *Jahalem* vers. 6. uxorem Haber Cinæi, cujus tabernaculum erat juxta Cades, & qui de palmarum urbe descenderat; *Engaddi* nempe. Ecce quo in- vers. 9. tuitu æterna Dei Sapientia, seu *Verbum Dei* Jud. 1. 15. incorporatum de seipso prædicaverit: *Quasi palma exaltata sum in Cades*, five *Engaddi*. In Dominicanano nempe Ordine Prædicatorio, in quo *Palma Debora*, ist est, *Palma Verbum* in- numeros præ se fert & offert triumphos, uti in opportunissimo victoriæ loco, comite Barac, id est, Dominico, comite Jabel, id est, Dominicanis Religiosis in tabernaculis suis, id est, scholis, & Academicis, in quibus bellum indicitur idololatriæ, Judicæ perfidiæ, omni hæ- resis, ac vitio.

§. III.

*Alia Prædicatorie Familiæ elogium ad eadem verba: Quasi Palma exaltata sum in Cades, seu Engaddi.*

1752 IN primis, Prædicatorie Religionis studium in alium Eucharistiæ myste- rium, notissimum est. Tota planè, vel ab ortu suo, huic cælesti convivio venerando, adornando, fruendo, & tuendo addicta, meritò prædicanda. Accepit hoc veluti hæreditario jure à suo Antesignano Dominico, qui pro suggesto, pro Cathedra lingua, calamo, volumine contra Hæreticos Albigeneses verum adesse in Eucharistia corpus Domini negantes, acerrimè depugnavit. Libellum gemeum, aureumque de Sacramento Eucharistiæ rescripsit, qui accensæ pyre non semel commis-

Dominicanæ Familiæ studium in alium Eucharistiæ

missus, inde sæpè innocuus, illæsus, & immunis in transversam supernè trabem evolavit. Quo prodigio fides Catholicorum, & in aliam Eucharistiam pietas altiores egit radices. Cujus rei auctores meminere locupletissimi Vincentius Beluac. in speculo Historiali lib. 25. c. 96. Theodoricus de Apollia in vita S. Dominici lib. 1. c. 6. S. Antoninus 3. p. titulo 19. c. 1. §. 4. & alii quamplures. Adauxit hanc in Eucharistiæ Sacramentum religionem, ejus studiosissimus adorator, & auxiliarius, S. Thomas Doctor Angelicus, ut illius abundè testantur scripta. Dixeris sanè, Christum Dominum speciali jure exaltatum in Dominicanano Ordine, quasi *Palmam in Engaddi* arborem & victoriam, & quæ fructus fert siti famique sedandis; ut enim in enodatione textus ex Plinio dicebamus, è *Palmarum* fructu dulci, optimo, & vitali *vina, gentiumque ali- quibus panis.*

Plini.

1753 Hinc spectasse reor illa Canticorum verba c. 1. 13. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Pro Cypri, est vox Hebræa *Kopher*, de qua multi multa. Il- la nunc illorum aridit exsiccatio, autum- nantium *Kopher* esse *Palmarum dactylum*. Sic Abenezra, & alii, quos ipse refert: nec non Pagninus exponit *Dactylum immaturum*. Quòd verò nomen *Botri* quadret *palmarum* fructibus, testatur Plinius: *Pomum est, non inter folia, ut in ceteris, sed suos inter ramos palmitibus racemosum, utraque natura Pomi, atque uvæ.* Botrum igitur, seu dactylum Palmarum sibi futurum esse sponsum sponsa gloriatur; dulcem nempe fructum, dulce vinum, dulcem panem edenti gratissimum, optimum, vitalem. At verò signatim ait, hos *Palmarum Botros*, seu *Dactylos* feliciter provenire in Engadditanis collibus, seu planitie: Engaddi enim *tractus egregia palmeta producit*, ut Josephus testatur lib. 9. Antiquit. c. 1. & S. Hier. in Quæstio. Hebraicis & ad c. 27. Ezechielis, Strabo lib. 17. & alii multi. Certè in *Palmarum* botro, seu *dactylo*, ex quo & vinum & panis, Christum agnoscas, cujus sanguine in Eucharistia, quasi delicioso vino potaris, cujus carne, quasi divinissimo pane gloriosè pascaris. Ita Aponius ibi, *Qui utique pro loco, vel tempore, vel causa, esca & potus Ecclesiæ factus est per corporis sui, & sanguinis Sacramentum.* In Engaddi autem, juxta ea, quæ jam statuimus, Dominicanam Familiam agnosce, in qua incorporatum *Verbum, quasi Palma in Engaddi*, exaltatum se prædicat. In hoc quidem Religioso Tractu Christus suæ Ecclesiæ dulcis *Palmarum* fructus extat, jucundum & suavissimum epulum; cum quo & Dominicus ipse, & ejus Prædicatorius Ordo pugnantiter præliantur, vincunt, ovant, triumphant: *Palmarum* enim rami (ut in enodatione textus statuimus) & pugnæ simul, & victoriæ imaginem præ se ferunt: in Eucharistica mensa pugnas devoramus, victorias edimus & triumphos haurimus.

1754 Dominicanæ Religionis triumphos de idololatria, de Judaica perfidia, de omni hæresi, ac vitio, in Parallela collatione supra præfixa satis inspexisti per Deboræ & Barachi victorias præsignatos. Non hic faciam, ut novum quid prætermittam, quod à De- bora in suo Cantico minimè prætermissem

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

arbitror in tam nova bellandi materia. *Nova Eucharistia, bella elegit Dominus, & portas hostium ipse n. vus panis subvertit: clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel.* Priora verba ex Hebræo sic veritas: *elegit fortis nova lab- hem.* Hanc vocem Vulgatus vertit *bella*. S. Augustinus & Theodoretus hic efferunt *panem*. Nempe nomen indifferens est ad significandum bellum, & *panem*. Unde cum miles ille commilitonis somnium audisset, scilicet *panem*, Hebraicè *lebbem*, subvertisse castra Madian, dixit: *Non est hic aliud, nisi gladius Gedeonis.* Jud. 7. 13. Scitè ex communi significatione nominis æquivoca *lebbem*, quæ & *panem* & *gladium* sonat, rem interpretatus. Ergo Debora mysterium loquitur, dum ait: *Elegit fortis novum lebbem, novum panem, novum bellum, novum gladium, novam præliandi rationem.* Cum autem Prophetia fit belli Evangelici & spiritualis signatissimè à Prædicatorio Ordine suscepti, panem illum prædicat Prophetis sancta, quem David *panem fortium* appellat Ps. 77. 25. quem dum milites Evangelici edunt, novam profectò pugnam ineunt, novam belli rationem aggrediuntur. Pane illo muniti Prædicatorii viri, qui cor hominis confirmat, quique tantam Christianæ militiæ vim, tantumque robur affert, gloriosissimè triumphant: ut merito addat Debora: *Portas hostium ipse subvertit*; id est, omnem hostilem potentiam, omnia consilia: nam & portæ olim munitissimæ fuere, & in his consilia capi solita. *Clypeus & hasta si apparuerint*, &c. id est, non apparebunt: non iis armis opus erit, nullus erit qui ejusmodi arma sumat: panis ille Eucharisticus pro clypeo, pro hasta, pro omni erit armatura forium. Illo cataphracti cibo Dominicani Milites ad pugnam, ad victoriam procedent securi de triumpho. Quod inprimis S. Dominico contigit in sua illa contra Hæreticos Albigeneses expeditione, Christi Domini gloriam in Eucharistia abnegantes,

1755 Rursus, si hæc verba, quasi *Palma exaltata sum in Cades*, seu *Engaddi*, accipiantur quomodo supra admonuimus, de Christo non in se ipso tantum considerato, sed in suis quoque membris, in quibus, & per quos magna ipse operatur, & gloriosè exaltatur, cadunt ad amissim in Prædicatoriam Familiam, uti etiam *Palmarum* dotes, quas in enodatione textus prælibavimus, & Fuldenis Abbatis Rabani Mauri interpretatio. *Quasi Palma ergo (ait ille) exaltatur in Cades, cum sancti viri, & perfecti in Ecclesiæ fide, & conversatione eriguntur ad quærendam cælestis regni patriam.* Consonat Palatius, qui putat, prædicari exaltatum Christum sicut *Palmarum*, non solum quia ei convenit melior vincendi potestas, quam *Palmarum*; sed quia quod ipse habet, dat suis, nempe *Victoriam pugnantibus*. Verè Dominicanus Ordo *Palmetis* fertilis, *Palmarum* abundans, cum tot abundet alumni, qui in cælum rectè tendant, elevatis sanctimonie & doctrinæ cacuminibus ad multam altitudinem; in quibus prop- terea Christus pugnet, & triumphos agat illusterrimos. *Palma cultatro mucrone* folia habet, ut Plinius observat: & Dominicana Familia semper extitit Hæreticorum gladius: *Es el cuchillo de los Hereges.*

1756 Conveniunt apprimè huic Prædicatorie Religionis illa Sponsi verba ad suam

Q q Sunami

Nova Eucharistia, bella elegit Dominus, & portas hostium ipse n. vus panis subvertit: clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel. Priora verba ex Hebræo sic veritas: elegit fortis nova lab- hem.

canb

Pane illo munitus Prædicatorius Ordo pugnat, & vincit.

Adinstar palma Christi sus est in Dominicanæ Religionis.

Rabanus,

Palac.

Cant. 7. 7.

Sunamitidem Cant. 7. 7. Statura tua assimila est Palma, & ubera tua botris. Etenim nostri Alcazaris existimatio est, congeri in eo capite a versu 1. ad 9. laudes Religio- sae Ecclesiae sub Sunamitis appellatione, quae sonat captiva, vel spoliata; & Religio- si status professio est illegari tribus votis, & expoliari mundi bonis. Unde apte prae- jacta verba ad Religiosam Dominici Fami- liam signatim spectare, opinamur, trium- phis inclutam nobilissimis. Illa quidem, quia Contemplationi praedicationem, aliaque sacra annectit exercitamenta in proximorum commodum (quod est nobilissimum spiri- tualis vitae genus) Palmae referre celsitudi- nem, caelum appetentis, habereque disten- ta ubera turgentium instar botrorum, seu dactylorum, dicitur. Palmae celsitudo ex- cellentem ejus contemplationem, & sancti- tudinem, sublimem, robustam designat; bo- tri verò, sive dactyli deorsum pendentes spiritualem ejusdem scientiam & jucundissi- mam doctrinam portendunt. Verè in illam scita Theodoretis explanatio cadit bellissime. Cum enim (ait ille) excelsa sis adeo, ut caeli fastigium attingas, attamen submittis te in- firmis, quibus ubera praebes doctrinae tuae: Pal- ma enim fructus deorsum pendentes habet. Si- milia habent tres Patres apud eundem Theo- doretum, quae praesenti faciunt instituto.

Theodore.

§. IV.

Scorsim agitur de Deipara, vel perpetuo san- cta & impolluta, gloriosa exaltatione in Do- minicano Ordine.

1757 Iteratissime Virgini quadrant haec ipsa verba: Quasi Palma exaltata sum in Cades, seu Engaddi. Cum autem per Cades, sive Engaddi Praedicatoria Familia designetur, in hac nimio opere exaltanda praedicitur Deipara, quasi Palma in Cades, id est, in sanctitate, in sancta, mutata, conse- crata, pura, munda. Sive etiam quasi Palma in Engaddi, id est, in felicitate, bona fortuna, vel fonte felicitatis, & stellarum. Palmae nempe proceræ, & grandis, triumphali ar- bori, pugnae & victoriae symbolo, Mariana haec exaltatio assimilatur, qua in eo Religio- so Ordine abundè satis ostendit Virgo, ad quam sublime sanctitatis culmen fuerit eve- cta, & perfectionis fastigium; quam extet Bel- latrix egregia, & triumphatrix gloriosa, Hæ- resum interemptrix, & Paganismi victrix; quatenus sua intercessione tantum doctrinae, constantiae & sanctitatis Praedicatoris viris spiritu ferventibus impetraverit, ut facile Lernæam Hæreticæ praevitatis Hydram ob Mariae preces à Deo confortati jugulaverint.

Dominicani instituti Au- thor Deipa- ra.

1758 In primis, Dominicani Instituti Au- thor ipsa extat interemerata Virgo, cujus fa- vorem, & auxilium manifestum, quo suppe- ditata illi est, Praedicatoria Familia prae oculis semper habet, ut ei summum deferat ho- norem, & summæ eam reverentiae officii colat. Romæ in D. Petri Basilica orans per- noctabat S. Dominicus, cum de Instituti sui fundamentis jaciendis cogitaret; & ecce vi- sum ei est pandi totum caelum, Christum- que Dei filium exurgere iratum adversus re- belles, & corde durissimos, terribiliter ex- candescentem contra filios hominum. Non

erat qui ei obfisteret; sola Mater misericor- diae ad pedes illius proci dens, rogavit, ut ignosceret eis, quos sanguine redemisset: quin etiam cum à Christo responsum esset, non esse jam justitiae suae, ut tanta hominum pec- cata impunita relinqueret, addidit illa, ha- bere se famulum fidelem, & probum, qui in mortalibus ad poenitentiam revocandis stre- nuam operam impigre positurus esset. Qui- bus verbis placatus Dominus, cum illum videre voluisset, productus à Virgine Domi- nicus fuit. Sic habes in vita S. Dominici apud Surium Tom. 5. die 5. Augusti lib. 2. c. 1. cui titulus: De confirmatione Ordinis Praedicatorii per Beatissimam Dei Matrem impetrata.

1759 Eodem lib. 2. c. 13. aliud refertur spe- ctum Dominico ostensum. Cum enim coram Domino, & Deigenitrice adstantem circūpe- xisset ex singulis Religiosis Ordinibus turbam magnam nitentem, persulgentem; nullumque filiorum suorum vidisset; pudore suffusus, & intimo dolore compunctus flere coepit. Ve- rum luctus mutatur in gaudium. Nam tunc Christus ponens manum suam super humerum Matris, dixit ad eum: Institutum, sive Ordi- nem tuum ego commisi Matri meae. Et Mater Domini pallium coloris sapphirini, quo erat induta, expandit coram lacrymabundo Do- minico. Sub quo securitatis tegumento, & pie- tatis sinu vidit ille fratrum Ordinis sui innum- meram multitudinem, singularis cujusdam pro- tectionis cura, & peculiaris amoris brachiis cir- cumplexam. Similis alia visio refertur li. 6. c. 6. ubi ita subditur opportunè: Sanè pallium Vir- ginis Matris, insignis Habitus est sacri Praedi- catorii Ordinis, quem cum Religiosa charitate in vera humilitate gestamus, & sub aliis prote- ctionibus ejusdem Virginis, in adjutorio Altissimi habitamus. Huc etiam illud spectat quod eodem li. 2. c. 11. habes, nempe omnem Praedicatorii Ordinis Habitum à Deipara demonstratum.

1760 Nec debeo missa facere verba, quae eo libro c. 12. subtextit Scriptor, dum Prae- dicatorum Habitum commendat. Beatos pla- ne, qui his vestibus multiplicis gratiae indui me- ruerunt, quas Mulier fortis suis contexit dome- sticis, ut armis lucis indui, honeste ambulent, ne ab Agni nuptiis excludantur. Subdit paulo post: Haec est hujus instituti ordinatissima Re- ligio, quam Virgo Mater impetravit à Filio. Quae etià fovet patrocinis, atollit beneficiis, illustrat miraculis, tuctur in afflictionibus, con- servat in tentationibus, & à periculis omnibus tam potenter, quam clementer eripit. Specialis quoque charitatis argumento, singularisque gra- tia privilegio, hujus sacri Ordinis filii ipsa Habitum tribuit, peculiari eos ornans indumen- to. Cum enim initio Canonicorum Regularium vestibus uterentur, nunc beatissima Virginis ve- stitu amicti cælitus, praeter ceteris gloriantur. Le- ge Joannem Lopez in Opere de Rosario Vir- ginis lib. 1. c. 7. Et quidem innumera extant argumenta, quibus eximia Deiparae benevo- lentia, & singularis amor erga Praedicatoriam Familiam comprobatur. O quoties visibiliter apparuit Dominicis Fratribus in laboribus, in tentationibus, in periculis, in postremo vi- tae periculo constitutis! o quoties afflictio- nem, angores, timores omnes illis abstulit! o quoties praesentia suâ gaudium intulit, & consolationem in templo, in cellis, in dormi- torio, in Completorio, & in itinere positis!

Surius.

Surius.

Surius.

Dominica- norum habi- tus à Deipa- ra.

Culta Dei- para multis pietatis offi- ciis à Domi- nicano Or- dine.

Rosarii precibus.

Salve Regi- na.

Rosario, cu- jus auctor fuit.

Objectio.

Solutio.

1771 Sed & ipsi tot tantique à Magna Matre beneficiis obstricti summum ei deferre honorem, summæ eam reverentiae officii colere, summoperè student, semperque studere. Quotidie cum solitis Horis Canonicis Horarias illas preces & laudes, quae vulgò Dei Genitricis Officium appellatur, religiosè admodum eidem Virgini persolvunt. Itanubus eunctis; ut caveatur in eorum Constitutionibus. Unde in Vita S. Dominici apud Surium relatum, lib. 6. c. 4. de Dominicanis Fratribus dicitur: Cum ad Matutinas preces sgerent, Officium Virginis Matris reverenter, & ut moris est, stantes persolvebant, & ad ejus altare devotè recurrerant. Absolutis Matutinis, & Completorio idem altare triplici nonnunquam ordine ambiebant, ut merito dici posset: Circum- dabant eam flores rosarum, & lilia convallium; nempe penitentes verecundia rubicundi, & in- nocentes virginali pudicitia candidi. Dulce il- lud Canticum, ac nobilissimum melos, Salve Regina singulis diebus devotissimè, ac solem- niter de more concinunt in Deiparae honorem. De quo S. Bernardus Serm. 1. in Salve Regi- na: Verè nisi a Religiosis, & affectione sancta ferventibus, nec subtiliter intelligi, nec effica- citer poterit decantari. Accedit pro summo Dominicani Ordinis in B. Virgine studio; S. Dominicum, ejusque alumnos auctores fuisse & propagatores Rosario, quod vocant, sive Corona ex tot rolis mysticis conficta, quot Salvationes Angelicae Virgini conse- crantur. quibus & Deipara ipsa coronatur, & divini oculi grato spectaculo pascuntur. Qua de re legendi Josephus Stephanus libro de Ro- sario, & Joannes Lopez in libro de eodem ar- gumento, ubi de Contratentibus Rosario à Dominicanis Familia institutis. Certè cum Deipa. a Virgo sit venustissima Gratia, & splen- dens omnium rerum Aurora, nihil tam ex ani- mo ipsi futurum esse Dominicus, Dominici- que illi arbitrii sunt, quam si Virgini rosa- rum copiam deferrent, vel sermum mysticis con- textum floribus ex Evangelicis constatam vo- cibus, & odoriferis precum salutationisque flo- sculis confertum apporarent; ut ita summam animi sui pietatem, & ingens in Virginem stu- dium demonstrarent. Quam gratum Virgini Matri fuerit hoc Dominicanorum obsequium, & Rosario ab eis instituta & promotà devotio, pluribus comprobatur miraculis, & revelatio- nibus est, de quibus Joannes Lopez loco me- morato, lib. 1. c. 15. De pietate, & singulari devotione Praedicatorii Ordinis in B. Virgine leges Canisum de Deipara lib. 5. c. 27. Platum lib. 1. de Bono status Religiosi c. 34. Joannem Bonifacium in Historia Virginis lib. 4. c. 14. Casarium lib. 7. Cantipratum lib. 2. c. 10. & c. 26. S. Antonium p. 3. titulo 23. c. 3. Ferreolum in Maria Augusta lib. 3. c. 8.

1772 Sed enimverò dixeris, hanc Domi- nicanorum erga Mariam pietatem validè qua- ti & enervari; quandoquidem ipsi Marianam Conceptionem sub originali injuria statuunt. Qualis enim, quantaque est illa in Virginem pietas, quae cum tueri posset opinionem de Conceptione Mariana absque noxa origina- ria, plaudentibus mille aliis Religiosis Fami- liis, piisque Doctoribus; arbitratur tamen Dei Genitricem communi macula infectam? Ut huic objectioni fiat satis, universim statu- o, priscam Praedicatorum Familiam, cum suo praesultri & sanctissimo Institute Do- P. Ildeph. de Flores in Eccles.

minico, pro immaculato Virginis Concep- tu strenuè decertasse. Quod si aliqui ex eo Religiosissimo Ordine Marianam originaria cul- pa commaculatam docuerunt, vel suam post- modum mobilem sententiam mutarunt; vel si in ea constantes fuere, pietate quadam in Deiparam compulsi; consultè admodum à Deo ita provisum reor; ut, repugnantibus viris Virgini addictissimis, pia nostra opinio multum gloriae, splendoris, decoris, & ro- boris apud omnes lucraretur; necnon totius Orbis Christiani ardens in Marianam immu- nitatem studium magis magisque in dies in- flammaretur, & innolesceret; atque ipsius Virginis exaltatio perpetuò sanctae & impol- lutae gloriosior appareret, vel per ipsam Do- minicanam Familiam.

§. V.

Nobiliores ex Dominicanano Ordine Mariana- immunitatis Propugnatores assignantur.

IN primis, extra omnem debet esse dubi- tationem, sanctum Dominicanum Praedicator- nae Familiae Patriarcham studiosissimum fuisse purae Conceptionis vindicem, qui eam lin- gua, calamo, volumine acerrimè propugna- vit contra Hæreticos Albigenes. Inficiaban- tur hi, Christum Dominum Deum esse, in Eucharistia corpus adesse Domini, & Ma- riam, utpote originali peccato imbutam, Dei exiisse Matrem. Nitebatur contra, con- tendebatque Dominicus, Christum Deum homi- nem esse, praesentem in Eucharistia adesse, & Mariam veram Dei Matrem existere nul- là originariae culpae labe infectam. Primum, validissimis disputationibus, firmissimisque ar- gumentis Albigenes confutat: ceterum con- tentiosissimè obfistunt: provocatur utrinque ad miraculum. Dominicus oppositas Theo- logicas Theses, additis firmissimis probatio- nibus, scripto consignat. Conscripterant pariter hostes adversa & ipsi placita. In- gens in medio foro accensa pyra, universa ad prodigium consistit effusa civitas. Hinc Catholici, illinc Hæretici suum utrique vo- lumen proferunt, protervà hi impietate ob- stinati, illi cum Dominico pietate freti, Hæ- reticorum librum igni censendum commit- tunt, quem mox vorax ignis corripuit, at- que adusque extremam combustum litteru- lam prorsus absumpsit. Deinde Dominicus, praemisissis, ut par erat, precibus, suum & ipse libellum simul cum consecrata Eucha- ristiae Hostia, incendio mandat. Inhaesit Hostia, inhaesit pariter liber Catholicus in- genti pyrae innoxius, & in transversam super- ne trabem evolavit. Scilicet cum Christi divi- nitate, cum Eucharistiae veritate, cum dig- nitate Deiparae, ejusdem ab originali pecca- to immunitatem tanto ignis prodigio reve- ritus, pro Dominico caelestis sapientiae Do- ctore sententiam pronuciavit. Tertio repe- titum fuisse miraculum, nonnulli produunt; alii triduo patratum scribunt: dixeris, trinam repetitionem triduo factam esse. Vide de hoc miraculo (praeter Vincentium Belluac. Theo- doricum de Apoldia, & Antonium supra relatos) Antonium Cucarum p. 2. Elucidari- ri Virginis, Perbaltum lib. 4. Stellarii p. 3. a. 3. Bernardinum Bustium in Officio de Conceptione à Sixto IV. approbatò lect. 4.

S. Dominici- cus stud. offi- cium Ma- riana im- munitatis vindicæ.